COLLEGIUM JURIS PUBLICI, CONTINENS OCTO DISCURSUS, IN QUIBUS DE ROMANI IMPERII INITIIS, ...

Christoph Beindorff, Friedrich Ulrich : von Britzke, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

THESIS I.

QUintam Imperij Romano-Germanici Claſſem, quæ prælatis adſignata fuit, excipit ſexta, quæ ejuſdem Imperij Comites & Barones complectitur, quos ut eo melius conſiderare poſſimus, ad conſuetam nos accingamus methodum, verborum explicationibus, rerum enucleationem ſubijcientes.

2. Comites nomen ſuum vel à Comitando, quod eum qui Comitatur & ſequitur vel liberum vel ſervum appellare ſolemus. *l. 15. §. 16. ff. de injur. Duaren: de Feud. c. 6. n. 8. Petrus de Andlo lib. 2. de Imper. Rom. ibiq; Marquard. Freber. in not. Paurmeiſt. lib. 2. de Jurisdict. Imper Rom. cap 11. Schonborn. 5. Polit. cap. 40. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſs. 4. cap. 14. n. 2.* Vel à commeando aut commeatu ſortiti ſunt. *Paris de puteo in tractat. de Duello §. an Comes. lib. 7. Lancellott. Cunrad. in Templ; omn. Judic. lib. 1. c. 6. n. 1.* unde illud facundus Comes in via pro vehiculo eſt.

3 Ab hac vulgari ſignificatione poſtea hoc nomen ad officium fuit translatum, etenim illi, qui magiſtratus provinciales comitabantur & illorum adjutores erant, Comites vocabantur. *l. 41. §. 2 ff. de excuſat. l. 4. ff. de offic. Adſeſſ. ibiq; Gloſſ. & Goth. in not. l. 16. ff. de offic. Præſid.* ut puta, Legati, Aruſpices, Medici, Scribæ, Quæſtores, Juriſconſulti, quos magiſtratus dicti pro arbitrio eligere poterant. *Paurmeiſt. de Jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. c. 11. n. 2.*

4. Poſtea dignitatem ſignificabat, & magiſtratibus ipſis ſacrum comitatum obſervantibus fuit attributum. qui pro varietate expeditionum ſibi commiſſarum varia habuerunt nomina: quidam enim Comites Sacrarum largitionum *tot. tit. C. de Comit. Sacrar. largit:* quidam Comites rerum privatarum.

tot. tit. C. de offic. Comit. rer. privat. quidam Comites Sacri palatij *tot. tit. C. de offic. Comit. Sacr. palat.* quidam Comites Sacri patrimonij *tot. tit. C. de offic. Comit. Sacr. patrim.* quidam Comites rei militaris fuerunt. *C. de offic. Comit. rei militar. Lancellot Courad. in Temple omn. Judic. lib. 1. c. 6. n. 1. Paurmeiſt. lib. 2. De Juriſdict. Rom. Imper. c. 11. n. 2. Daniel Otto Differt. de jure public. c. 18. Pag. 636. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſſ. 4. c. 14. n. 4.*

5. Ex dicto Sacro Augusti comitatu ſæpiſſimè quidam in provincias mittebantur, qui ideo Comites dicti ſunt. *Cujac. in parat. C. de offic. Comit. Sacrar. largit.* quod rerum principalium adminiſtratio illis ibidèm incumberet. Sic Comes Oriẽtis fuit, cui totus Oriens regendus fuit commiſſus. *Cujac. in parat. C. de offic. Comit. Orient.* Comites Iſauriæ, qui toti provinciæ præfuerunt, & ita ab Imperatoribus fuerunt dilecti, ut illos nominè amantiſſimorum fratrum fuerint dignati, *Barnab. Briſſon. lib. 3. de Formul. pag. (mihi) 315.* Tandem à Carolo Magno ejusq; liberis factum eſt, ut hæc dignitas ſub germanis Imperatoribus in proprij juris titulum tranſire inciperet, & civitates in quas Comites erant miſſi Comitatus dicerentur.

6. In uſibus feudorum illi dicuntur Comites, qui ab Imperatore vel alio hoc jus habente de Comitatu fuerunt inveſtiti 2. Feud. 10. & nihil aliud quam Judices denotant, inde Landgravii apud Germanos Judices provinciæ, Marchgravii judices limitanei, Pfaltzgravii palatii judices, qui & majores domus & præfecti, rectoreſque palatii vocantur; Burggravii arcis & præſidii judices. Centgravii qui in antiquis Germanorum legibus Centenarii dicuntur, & Gographii & Dinggravii judices pedanei ſunt. *Cuj. c. 1. Feud. 1. pag. 16. Paurmeiſt. de Juriſdict. lib. 2. c. 11. n. 6. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. H. Dan. Otto. Differt. jur. publ. c. 18. pag. 638.*

7. Cœterum quidam ex enumeratis Comitibus hodiè principum nomine veniunt, ut Comites Palatini Landgravii & Burggravii, quibus non incommodè annumerare poſſumus illos, qui ex Comitibus ad Principale fuerunt evecti faſtigium, vulgo die gefürſtete Graffen / cujuſmodi ſunt Comites Tirolenſes, Habsburgenſes, olim Hennebergenſes, Arnbergenſes.

Görtzen

Görtzenſes, Mansfeldenſes' *Ordinat. Cam. part. 2. in rubr, tit. 2. 3. & 4. Paurmeiſt. de Juriſdict. lib. 2. c. 11. n. 21. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 26 lit. H. Dan. Ott. Diſſert. de jur. publ. c. 18. p. 640. Sixtin de Regal. lib. 1. c. 4. n. 22.*

8 Priusquàm ad definitionem abeamus varias quorundam derivationes germanicæ voculæ Graff examinabimus. Vultejus *lib. 1. Feud. c. 4. n. 14.* à gravitate quâ alios præcedebant deducit, ſed minus rectè, quia alii judices & præfecti itidem gravitatem habebant, & tamen ideo non fuerunt dicti Graffen. Reineccius *in comment. de origin. Nobil.* à canitie germanicè, Grauw illam derivat vocem, quod ſenioribus judicandi munus maximè conveniebat, verum nec illam rationem denominationis quicquàm concludere putamus, cum non ſolis ſenioribus, ſed etiam junioribus qui judicandi peritiam habent judicis munus demandandum ſit, ideo pro vana literarum captatione hæc merito habenda. Heigius *quæſt. 2. part. 1. n. 4. & ſequẽtibus* à foſſa denominationẽ deſumit; Sed quid commertii habet foſſa Graven cum Comite Graffen? Nihil ſane, cum notum ſit ex ſuperioribus vocem Graff judicem ſignificare. Kirchnerus tandem *de Repub. Diſputat. 8. th. 1. lit. D.* Graff quaſi Krafft dictum putat per mutationem literarum, quod potentiam & robur in provinciis ſibi commiſſis obtineant, ſed ridicula eſt hæc denominatio, quâ admiſſa quidlibet excogitari poſſet, nec ratio denominationis quicquam roboris habet; etenim proconſules & alii magiſtratus provinciales maximam poteſtatem habuerunt, & tamen non fuerunt vocati Graffen. Concludimus igitur *cum Theodor. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſſ. 4. c. 14. n. 16.* hanc voculam ab origine ita natam, non vero factam aut aliunde derivatam eſſe.

9. Comites ſunt ſtatus Imperii ab Imperatore de comitatu cum regalibus, jurisdictione & aliis juribus omnibus inveſtiti ad Imperii ſalutem promovendam.

10. Status Imperii ſunt quia feuda ligia poſſident, collectas directè Imperio ſoluunt, immediatè Imperio ſubjecti & in album ſive matriculam Imperii recepti ſunt, imo ſeſſionem & ſententiæ dictionem in Comitiis habent, quibus ab aliis ipſis

vel ſuperioribus vel inferioribus diſcernuntur. *Paurmeiſt. de Juriſdict. lib. 1. c. 8. n. 2. 3. & 4. Matth. Stephan. de Juriſdict. lib. 2. part. 1. c. 6. n. 114. & 115. ReinK. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claß. 4. c. 14. n. 22.*

11. Horum Comitum à Paurmeiſtero *lib. 2 de Juriſdict. c. 1. n. 17.* Schonbornero *5. Polit. c. 6.* Theodor. ReinK *lib. 1. Claß. 4. c. 21.* & M. Reinhardo Konig *in Act. Diſputat. polit. 8. th. 21. recenſentur* ſequentes. Hohenzöllern/ des Reichs Erbkämmerer/ Fürſtenberg/ Werdenberg/ Oettingen/ Sultz/ Brauneck/ Mondfort/ Hichberg/ HohenEmbs vnd Gallern/ Lupffen/ Caſtell/ Leiningen/ Salm/ Ziermbern/ Barby/ Werdheim/ Spanheim/ Honſtein/ Tübingen/ Manderſcheit/ vnd Blanckenhayn/ Wild vnd Rheingraffen/ Falckenſtein/ Eberſtein/ Helffenſtein/ Lebenſtein/ Erbach/ Naſſaw/ Hanaw/ Eiſenburg/ Orttenburg/ Solms/ Sayn/ Wied/ vñ Waldeck/ Bentheim/ Lippe/ Schaumburg/ Ritberg/ Oldenburg vnd Delmenhorſt/ Oſtfrißland/ Bronhorſt/ Caſtell/ Schwartzburg/ der vier Graffen des Reichs/ Hohenlohe/ Schwartzenberg/ Mansfelt/ Gleichen/ Stolberg.

12. Præter hos dantur etiam alii Comites, qui comitatum ab vel ſub Imperio immediatè non recognoſcunt ſed aliorum Principum jurisdictioni ſubjecti, & illorum Landſaſſi ſunt. Reichsabſcheid de Anno 1548 §. Wiewol auch in der Regierungs Handlung/ ibi ſo haben wir doch erwogen/ das ſolche Graffen vnd Herrn zu mehrertheil vnter jhren beſondern Landesfürſten geſeſſen/ vormals von allen jhren Gütern denſelben gedienet/ ſich auch zutheil allen auff der Fürſten Eigenthumb/ vnd jhre Pfandſchafften/ Graffen oder Freyelaſſen/ vnd alſo gar keine Güter ohne Mittel vnter dem Reich haben/ auch nicht anders/ denn mit außtrücklichen Vorbehalt der Fürſten Gerechtigkeit zu den digniteten zugelaſſen ſind: Derowegen wo ſie allein

allein des Tituls vnd Namens halben in die Anſchläge des Reichs gezogen werden ſolten/das würde dem Fürſten obgemelt allerhand Beſchwerung bringen / vnd alſo mit der Zeit jhnen noch weiter Abbruch vnd Schmelerung an jhrer Landes Fürſtlicher Obrigkeit Gebehren in Anſehung/ das ſolche newe Graffen vnnd Herrn nicht immediatè Glieder vnd Stende des heiligen Reichs geweſen/oder darin begütert/ſondern ſolcher Landesfürſten vnterthan vnd Leute weren/damit denn in ſolchen niemands wider Billigkeit beſchweret werde/ſo haben wir vns mit Churfüſten vnd gemeinen Ständen / vnd der abweſenden Rähten vnnd Geſanden / wo ienige Graffen oder Herrn weren / welche kürtzlich jhre digniteten erlanget / vnd dem Reich immediatè nicht / ſondern andern jhren Landesfürſten vnterworffen/auch nicht Güter ohne Mittel von oder vnter dem Reich hetten/ das dieſelbe in die Anſchläge nicht gezogen / aber die ienigen / ſo in dem heiligen Reich begütert / oder anderer Fürſten Subditi immediatè nicht weren/ das dieſelbige nach ziemlichen Dingen gleich andern mit des Reichs Anſchlägen belegt werden. Et tales ſunt Comites de Hardeck ſub Auſtriacis, Comites von Honſtein ſub Electore Brandeburgenſi, Comites von Newgarten ſuc ducibus Pomeraniæ & Epiſcopo Caminenſi. *Math. Stephan. lib. 2. de Juriſdict. part. 1. c. 6. n. 115. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. M. ReinK. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claß. 4. c. 14. n. 33.*

13. Ad exemplum autem aliorum ordinum Imperii ex Comitum numero, ſingulari Imperatorum privilegio, quatuor familiæ nominatæ fuerunt Comites Imperii die vier Graffen des heiligen Römiſchen Reichs. Comites nempe Clivenſes, Cilienſes, Sabaudici & Schwartzburgenſes, *Petrus de Andlo de Rom. Imper. c. 16 Munſter. lib. 3. c. 29.* Ex quibus cum Clivenſes & Sabaudici in Principum cenſum eſſent adſciti: Cilienſium familia Anno 1456. extincta, ſoli Schwartzburgenſes in Thuringia, in eo ſunt ſuperſtites ordine & tali utuntur titulo die vier

Graffen

in Act. Diſputat. polit. 6. th. 101.

14. Cauſſa à qua Comites ut reliqui Imperii ſtatus conſtituuntur eſt duplex, remota & propinqua. Remota eſt Deus ipſe. Diſcurſ. 5. th. 47. Propinqua eſt Imperator, qui tantæ eſt celſitudinis, ut parem ex mortalibus habeat neminem, ab ipſo enim promanat Regalis ſplendor, ducalis authoritas. Comitiva dignitas & omnia nobilitatis jura; *Schonborn. 5. Polit. 15. Reinhard. König. Diſp. Polit. 6. th. 5.*

15. Cæterum non indifferenter omnibus illam confert dignitatem, ſed viris tantummodo gravibus, virtutè præditis & optimè de Imperio noſtro meritis, his enim ut Imperium noſtrum abundet e re ipſius eſt quam maximâ, ut tempore pacis & belli ab illis benè adminiſtrari & defendi poſſit.

16. Conſtituti & creati ab Imperatore, qualem jam habeant poteſtatem in propriis comitatibus, & authoritatem in conventibus imperii, jam videbimus.

17. Diximus autem ſupra th. 10. quod Comites ſint Imperii Romano-Germanici ſtatus, ideoq; votum in comitiis habebunt non quidem ſinguli, ſed totus Comitum & Baronum ordo duo tantum ſuffragia habet. Unum ſuffragium die Schwäbiſche/ alterum die Wetterawiſche Graffſchafften/ *Math. Stephan. de Juriſdict. lib. 2. c. 6. part. 1. Reinhard. König. in Ac. Diſp. polit. 6. th. 99. Theodor. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſſ. 4. c. 14. n 22. Berteram. Diſp. de Comit. concluſ. 70.*

18. Interim non denegatur reliquis Imperii Comitibus & Baronibus, qui ſtatum Imperii repræſentant, ad Conſilium Principum accedere, quod vulgo der Fürſten Raht vocatur, & deliberationibus eorum intereſſe, *Webner. in obſervat. pract. verb.* Graffſchafft *pag. 265. Reink. d. l. n. 23.*

19. Poteſtas quam Comites in propriis habent Comitatibus vulgo vocatur die Landes oder hohe Obrigkeit/ & per hanc idem Comites poſſe dicuntur in Comitatibus, quod Imperator in imperio, *Reink. lib. 1. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. Claſſ. 5. c. 1. n. 55.* Imo quicquid in comitatu eſt, in juriſdictione Comitis eſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, *Lancellott.*

Conrad.

Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 1. c. 6. n. 7. Ea propter Principes & reliqui ordines in ditionibus Comitum jurisdictionem exercentes injuriam ipſis inferunt, & illorum territoria violant, *Gail. de Pac. Pub lib. 1. c. 16. n. 27. & 28.* Verum hoc reſtrictionem quandam admittit, nam quando vel expreſſa conventione & conſenſu, vel longa poſſeſſione & moribus vel à vicinis Principibus & ordinibus inferioribus & ſubditis jurisdictio Comitum vel ex inveſtitura, privilegio vel præſcriptione competens, vel quo ad partem territorii, vel cauſas & perſonas partes quoque judicii diminuta eſt, nam in iis ſolum Comitum jurisdictio ceſſat, in reliquis ſalva atque integra eſt, *Knichen de ſublim. & reg. territor. jur. c. 4. in pr. n. 6. Paurmeiſt. lib. 2. de Jurisdict. tit. n. 28. Cluten in Sylleg. rer. quotid. th. 26. lit. H.*

20. Habebunt igitur Comites juribus territorialibus annexam omnimodam jurisdictionem criminalem cumulativè conceſſam, per quam omnia poſſunt in ſuis comitatibus, quæ Imperator poteſt in Imperio, id eſt, Comites proprio & ordinario Marte jurisdictionem univerſalem ad utilitatem propriam, & ita dominii non adminiſtrationis aut familiaritatis jure poſſident, *Andr. Knich. de Sublim. & reg. territor. jur. c. 1. n. 359. & 361. Reinik. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſ. 5. cap. 6. n. 21. Schonborn. 5. Polit. c. 23.*

21. Comites ex juſta urgente & legitima cauſâ, quæ utilitatem publicam concernit, per prædictam jurisdictionem ſubditis ſuis rem quandam auferre poſſunt, etiamſi illi repugnent, *Andr. Knich. d. l. n. 362. Reink. d. l. n. 32.* Utilitas enim publica præferenda eſt utilitati privatæ.

22. Ex mero Imperio (verba ſunt Schonborneri *5. Polit. 24.*) quod ſtatibus indultum eſt, dependet, quod reis pœnas capitales remittere poſſunt. *l. cum indulgentia 10. & tot. tit. C. de ſentent. paſſ. & reſtit. l. relegati 4. in fin. l. 9. §. 11. in fin. l. 27. l. 31 ff. de pœn.* Qui textus licet, de ſummo Principe tantum loqui videantur, nihil tamen impedit, quo minus hodiè id ipſum de Ducibus & Comitibus accipiamus, *Rol. à Vall. Conſ. 4. n. 4. lib. 3. Teſſaur. deciſ. 21.* Verum Principes meminerint non facilè pœnam reo remittendam eſſe, ne laxior peccandi licentia inducatur, *l. ſi*

B *operis*

dimittere: hanctenus Schonborn. Vide Reinkingk *de Regim. Secul. & Eccleſiaſt lib.1. Claß 5. c 6. n 24.* Reichs Abſcheid zu Speyer de Anno 1526. § vnd ſoll ſich auch jede Obrigkeit & 9. Darauff ſo haben; wir vns.

23. Quia autem ſaluus conductus ſive poteſtas per vias publicas ſui territorii euntes redeuntesque deducendi, portio quædam juriſdictionis territorialis eſt, *Weſenbec. conſ. 33. n. 3. & 10.* ideoque Comites qui hanc plenario jure poſſident, etiam illum habebunt, *Reink. lib. 1. Claß. 5. c. 6. n. 28. Schonborn. 5. Polit. 25.* Imo etiam Bannitis dictum ſaluum conductum concedere poterunt, ne quis eos violare poſſit, *Reink. d. l. Schonborn d. loc.* Et vero cum ſaluo conductui non ſolum ſecuritas & defenſio, verum etiam punitio inſit, Comites in illorum vitam animaduertere poſſunt, qui vim perigrinantibus & Bannitis inferunt, *Sixtin de regal. lib. 2. c. 2. n. 39.*

24. Comites Imperii cum ſtatibus reliquis jus mutandæ religionis habent, per quod à Pontificia religione recedere ad Lutheranam poſſunt, & vice verſa, quia harum duarum religionum exercitium permiſſum eſt in Conſtit. Imper. de Pace Religion. Auguſtæ Anno 1555. promulgata, *Petrus Syring de Pac. Religion concluſ. 39. lit. B. Schonborn. 5. Polit. c. 28. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claß. 5. c. 6. n. 38. & c. 4. n. 156.* Cum vero illa mutatio abſque actibus eccleſiaſticis fieri nequeat, ea propter Comites in ſuis Comitatibus Conſiſtoria, miniſtrorum verbi divini ordinationes, Confirmationes, Inſpectiones, Viſitationes &c. inſtituere & ordinare poſſunt, dummodo dicti actus per perſonas Eccleſiaſticas expediantur nomine & authoritate Comitum, ne turpis munerum inde confuſio oriatur, *Reink. de loc. c. 4. n. 158. Andr. Knichen de ſublim. & reg. territor. jur. c. 3. n. 232.*

25. Collectas quoque Comites in ſuis Comitatibus ſubditis imponere poſſunt, ut habeant, quo onera tam pro adminiſtranda juſtitia, quam pro ſuſtentatione dignitatis & honoris ſuſtinere poſſint. Ut enim quilibet Dominus ſuos ſubditos protegere & defendere tenetur, ſic etiam ſubditi Dominum

pro

pro recompenſatione impenſarum, quas non raro graviſſimas patiuntur, animo promptiſſimo contributiones rependant. Reink. d.l.n. 95. & 96. Diſtinguendæ autem ſunt hæ collectæ à Reichsſtewren Gail 2. obſer. 530. quæ ab ipſo Imperatore ſupremæ juriſdictionis autoritate imponuntur, Reichs Abſchied de Anno 47. 48. 57. 66. 76. 82. 94. *Dn. Arnold. Engelbracht. de Juriſdict. Imper. concluſ. 129. lit. A.*

26. Jura quoque ſeu ſtatua territorialia Comites in ſuis comitatibus concedere & promulgare poſſunt, etiamſi, ſummi Principis conſenſus non fuerint adhibitus: Ideoque majorem habent poteſtatem quàm olim habuerunt Præſides provinciarum, qui contra jus nihil ſtatuere poterant, *arg. l. formam 2. C. de offi. præfect. prætor. Orient, & illyc.* Jam quicquid Comes in Comitatibus ſuis ſtatuit, ex neceſſitate ſervandum eſt, quia ut diximus, Præſidibus æquiparantur, quorum mandatis præcisè parendum erat, *l. 1. C. ubi pupill. educar. deb. Lancellot. Conrad. in Templo. omn. Judic. lib 1. c 6. n. 5.*

27. Comites etiam cum reliquis Imperii ſtatibus habent juriſdictionem foreſtalem, die Förſtliche Obrigkeit Förſtrecht. Conſiſtit autem hæc juriſdictio in banno & jure, quæ conſiderata ut totum (verba ſunt Thomæ Michael. *de juriſdict. concl. 51.*) tam Förſtrecht quàm Wiltban complectitur, cum hæc duo conjunctim non vero ſeparatim juriſdictionem foreſtalem conſtituant, unde & paſſim diſtincta officia ſunt Förſters vnd Jegermeiſter: Ille ſylvis nemoribusque præficitur, & ne per ex[c]iſionem arborum Sylvæ devaſtentur, reliquaque ad ſylvas ſpectantia procurat. Jegermeiſter autem venationi præeſt, eique ea quæ venationi conveniunt inſtituenda ſunt quæ diverſitas officii diverſitatem, quoque rei arguit, *arg. l. lege obvenire ff. d. U. S.* Hinc eſt quod nec bannum ferinum die Wiltban / nec jus prohibendi arbores excidi habens, nec jus foreſti die Förſtliche Obrigkeit habeat hactenus Mich. *vide Theodor. Reink. d. loc. n. 40. Schonborn 5. Polit. c. 29.*

28. Reliqua, Comitum jura & poteſtates huc non tranſcribemus, cùm illa omnia ferè fuerint enumerata in diſcurſu quinto de Principibus, quorum autoritatem in propriis Comi-

d. uncuris. 5. th.66.

29. Comites tandem fuerunt ideo creati, ut bellis præficerentur, *Lancellott. Cunrad. in Templ. omn. Judic. lib. 1. cap. 6. n. 3.* Deinde ut partem ſollicitudinis Imperatoriæ in ſe reciperent, & una cum Imperatore pro totius Imperii ſalute excubias agerent. Etenim Imperator cum ſtatibus Imperii Chriſtianum corpus conſtituit, cujus Imperator caput, reliqui ſtatus membra, quæ niſi pro putridis haberi velint, ſemper capitis ſalutem & incolumitatem promoveant, imo ſibimetipſis ſuccurrant, ut unanimiter contra omnes affectus ſubſiſtere poſſint, Et hæc de Comitibus ſufficiant; jam pergimus ad Barones.

30. Baronis vocula à variis D. D. varias ſuſtinuit derivationes, quas breviter videbimus. Quidam eandem ἀπὸ τῆς βαρύτητος, hoc eſt, à gravitate deduxerunt, quod Baronum officium fuerit non ſolum in ipſis Ducatibus militare, verum etiam prudenter atque graviter Ducibus ipſis de rebus gerendis conſilium capientibus conſulere, *Paurmeiſt. lib. 2. de jurisdict. c. 11. n. 27. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſ. 4. cap. 15. n. 5. Schonborn. 5. Polit. cap. 40.* Quidam à βάρυ, id eſt, à mole & vaſtitate corporis, qua reliquos homines ſuperare debeant. *Paurmeiſt. d. l. n. 4. Schonborn. d. l.* Quidam à germanico Banner/ quod vexillum ſignificat, Barones dictos volunt, quaſi Banner Herrn / id eſt, dominos vexillorum, quod ipſis vexilla ut plurimum fuerunt commiſſa, *Paurmeiſt. d. l. Reink. d. l. Schonborn. d. l.* Quidam à germanico Freye Barones quaſi Frajones derivant, quod in gente Francorum Barones ingenui dicti fuerint, Lazius Comment. Reip. Rom. lib. 2. cap. 33. fol. 262. & quod hodiè in reſcriptis Imperialibus Freyen vocentur, *Paurmeiſter d. l. Reink. d. l. n. 7.* Quidam ab Hiſpana voce Varon, quod virum autoritate gravem & conſpicuum ſignificat, *Autor. Diſc. de jur. Principat. Concluſ. 86. lit. B.* Probat autem dictus Autor hanc notationem ex illo, quod promiſcuus literæ V et B. apud Hiſpanos ſit uſus. Mutato igitur V in B et abjecta litera finali N ex Varon fit Baro. *Reinck. d. l. n. 9.*

31. Sed

31. Sed quid de hiis & aliis frivolis & ineptis derivationibus ſentiendum ſit, judicent alii, mihi religio eſt in aëre piſcari, & vanum ingenii ſuſcipere ludum, cum notum ſit nullas rationes denominationum, quæ modo allatæ ſunt, quicquam ad rem facere. Melius igitur eſt natam hanc dicere vocem, quàm ab alia factam.

32. Accipitur autem vox Baro latè & ſtrictè. In lata ſignificatione omnes Vaſſi Dominici & Vaſalli regni, qui alias Capitanei ſeu Magnates, Duces, Marchiones & Comites dicuntur, Barones appellantur, *Paurmeiſt. lib. 2 de Juriſdict. c. 11. n. 28. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. Claſs. 4. c. 15. n. 12. & Autores ab aliis allegati.*

33. Strictè & propriè Barones dicuntur Capitanei Comitibus proximi, qui vel de Baronia cum regali dignitate ab Imperatore inveſtiti, vel citra Baroniam hac dignitate ornati ſunt, *Paurmeiſt. d. l. n. 29. Reink. d. l. n. 16.*

34. In decretis comitiorum Barones variis appellantur linguâ germanicâ nominibus. Et quidem primo ſimpliciter vocantur Freyn. Ita enim verbum Baronum in Aurea Bulla in principio eſt redditum, Fürſten / Graffen / Freyen. Et reformatione Friderici tertii Francofurti Anno 1542. promulgata in principio Graffen / Freyen. Et eodem anno in dem Königlichem Landesfrieden / ibi, Prælaten, Graffen Freyen, *Paurmeiſt. d. l. n. 32.*

35. Secundo Freyherrn / ſic appellantur Freyherrn zu Walpurgk / Aulendorff / Königſenckenberg / Oberſtoltzbach / alten vnd Newen Fraunhofen / Dagſtul / Hohenſchwangaw / Ehrbach / Graffeneck / Waldeck / Schwartzenburgk / Hohenlandesbergk / Degenbergk / *Paurmeiſt. d. l. n. 33.*

36. Tertio ſemper Freyherrn ut Barones Limpurgici, Weſterburgenſes & alii. Quarto ſpecialiter Herren / ut Barones Ruſſi Herrn zu Plawen / zu Schleitz / Greitz / Kranigfelt / Lobenſtein vnd Gera. Barones Schonburgenſes Herrn zu Glaucha vnd Waldenburg / Herrn

zu Hohengeröltzeck/Reipoltzkirch/Brandſchenck/Burgbergk/Blanckenheim/Pirmond. Barones Starbergenſes & ſimiles. Quinto Edle Herrn/ ut Comites Mansfeldenſes dicuntur Edle Herrn zu Heldrungen. Barones Warbergenſes Edle Herrn zu Warberge. *Paurmeiſt. d. l. n. 34. & 35. Reink. d. l. n. 16. 17. & 18:*

37. Barones ſunt ſtatus Imperii ab Imperatore de Baronatu, regalibus & jurisdictione omnimoda inveſtiti ad Imperii ſplendorem augendum.

38 Paurmeiſter *d. l. n. 31.* Barones definit proceres Imperii proximo poſt Comites nobilitatis jure ornatos. Verum cum hæc definitio nimia laboret generalitate, ut ipſe Paurmeiſter fatetur, quod Barones, mediatè & immediate Imperio ſubſunt, continet, ideo nos aliam ſpecialiorem dedimus.

39. Barones Romano Germanici Imperii ſunt ſequentes: Walpurg/ Erbtruchſeſſen/ Pappenheim/ Erbmarſchalck/ Lünburg/ Erbſchencken/ Schönberg/ Winneberg/ Mersburg vnd Befortt/ Kriechingen/ Pirmond/ vnd Wolffenſtein/ Rappelſtein/ Paumparten/ Graffeneck/ Burgbergk/ Fleckenſtein/ Seinsheim/ Machſelrein/ Kirchberg/ Hoheuſchwangaw/ Hohengeröltzeck/ Reutzpoltzkirch/ Fronhoven/ Hohenlandesberg/ Tengern/ Graſſeneck/ Fugger/ Juſtingen/ Herrn Reuſſen/ Herrn Schencken von Tautenberg/ Herrn von Pirmbaum/ Herrn von Degenberg. *Paurmeiſt. lib. 2. de Juriſdict. c. 1. n. 17. Reink. de Regim. Claſſ. 4. c. 21. Reinh. Kön. in Aci. Diſp. polit. 8. th. 22.*

40. His Baronibus etiamſi varia nomina apponantur quæ in th. 35. 36. & 39. ex Paurmeiſtero hunc tranſcripſimus, tamen nobilitate & dignitate omnes pares ſunt, Reichs Abſcheid de Anno 1548. §. Wie wol/ ubi Comites & Barones appellantur Graffen vnd Herrn/ & poſtea vero ſich auch zum theil auff der Fürſten/ Eigenthumb Graffen vnd Freyen laſſen. *Paurmeiſt. d. l. n. 20. Reinhard. König. in Aci. Diſp. Polit. 8. th. 96. Schonborn. 5. Polit. c. 40.*

41. Cauſam

41. Cauſam conſtituentem Barones eandem habent cum reliquis Imperii ſtatibus ipſum ſc. Imperatorem theſ. 14. hujus diſcurſ. qui perſonis dignis hanc confert dignitatem, *Herman. Kirchner. de R. p. c. 2. concluſ 5.*

42. Conſtitutos autem in numerum ſtatuum adſumtos Barones cōſequuntur jura territorialia, & alia quæ in ſuperioribus diſcurſibus quodammodo videri poſſunt.

43. Habent itaque Barones & ſeſſionem & votum in Comitiis & in ſuffragando cum Comitibus concurrunt, *Paurmeiſt. lib. 2. de Juriſdict. cap. 1. n. 25. Berteram de Comit. concluſ. 70. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. Claſ. 4. n. 15. th. 17 hujus diſcurſus,* ut ex ſubſcriptionibus receſſuum hujus imperii manifeſtiſſimè patet;

44. Referuntur ad Principum claſſem Barones, quia latiſſima Principum appellatiòne continentur, *Sixtin de Regal. lib. 1. c. 4. n. 27. Buxtorff. in diſcurſ. ad A. B. in not. in fin.* Deinde quia Comitibus æquiparantur, & pari cum illis dignitatis jure moribus Germaniæ cenſentur, *Vult. 1. Feud. c. 4. n. 14. Theodor. Reink. de Regim. Secul. & Eccleſ. Claß. 4. c. 15. n. 22.*

45. Quapropter in Baronia ſua exercent jura principis, ideſt, poſſunt in illa quod poteſt Imperator in univerſo imperio non minus quam Comites & reliqui Imperii ſtatus, *Reink. d. l. n. 45. Reinhard. König. in Act. Diſp. Polit. 8. th 107.* Ideoq; Barones Comitibus æquiparantur, & in eodem dignitatis gradu cum iisdem collocantur, *Sixtin. de Regal. c. 4. n. 38. Reink. d. l. n. 26.*

46. Probamus autem noſtram adſertionem ſequentibus rationibus. 1. Quicunque in noviſſimis Imperii receſſibus Comitibus parificantur quo ad leges veſtinianas, illi cum iis in pari dignitatis gradu collantur. Quia leges veſtinianæ ſecundum cujusque ſtatus prærogativam, alicui ſplendiorem veſtitum adſignant, vel non. Atque Barones Comitibus parificantur quo ad leges veſtinianas, Reform: Polit. de Anno 1530. ſub tit. von Gräffen vnd Herrn. Policey Ordnung zu Franckfurt ſub tit. 13. E Barones in pari dignitatis gradu cum Comitibus collocantur.

47. Deinde

47. Deinde quia parificantur in officio Judicis a Præſidum Cameræ Imperialis Cammergerichts Ordnung part. 1. tit. 1. in pr. & § 2. Reichs Abſcheid de Anno 1570. §. Dieweil denn auch & ſeq In matricula Imperii in privilegio & in jure Auſtregarum Cammergerichts Ordnung part. 2. tit. 3. 4. & 5. In creatione de pace religionis & multis aliis Imperii conſtitutionibus, eapropter illis minorem Comitibus dignitatem ſine injuria nemo adſcribere poterit. *Reink. d. l. n. 39. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 39. 40. & 41.*

48. Secundo quia non ſolum', Principes & Duces illo titulo ratione Baronatuum, quos habent, utuntur, puta Duces Juliacenſes Herrn zu Ravenſtein / Duces Megapolitani. Der Land Roſtock vnd Stargard Herrn. Principes Anhaldini Herrn zu Zerbſt vnd Berneburgk Verum etiam ſacratiſſimi Imperatores hunc non reſpuunt titulum, ut patet ex receſſibus Imperii ſub Carolo V. Ferdinando, Maximiliano ſecundo & ſequentibus Imperatoribus promulgatis; ideoque illuſtris & regalis dignitatis procul omni dubio erit, *Vide Reink. d. l. n. 46.*

49. Argumenta quæ huic ſententiæ à contradicentibus apponuntur hic non examinabimus, quia illis abundè ſatis facit Sixtinus *lib. 1. de regal. cap. 4. n. 42.* & Theodorus Reink. *lib. 1. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. Claſſ. 4. cap. 15. à n. 48. uſq; ad finem*, quo benevolum lectorem ablegamus. Et tantum hac vice de Comitibus & Baronibus.

[library stamp]

DISC. VIII.